



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam
captiuitate[m]**

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1226

Capvt Decimvm. Interpretationi, qua[m] de scripturis patres concorditer
reliquerunt, fidem adhibendam esse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30480

tamen si, quæ sequunt, meras amentias quibus Lutherus haud aliter quæ furijs actus infernalibus debacchat, persequi uelimus, in uno certe lectorẽ quẽuis afficeremus tædio. Quãobrẽ & illis dimissis ad ea quæ sunt maioris momenti transeamus.

¶ Interpretationi quã de scripturis p̄res cõcorditer reliquerunt fidẽ adhibendam esse. Cap. X.

I.



Aud multo post hæc Lutherus cõtrouersiam quandã agit. An uidelicet p̄ter scripturas, uel la traditionibus patrũ habẽda sit fides. Quam sane cõtrouersia Rex haudquaquã (uti Lutherus fingit) sed Lutherus ipse callide mouit quo regijs argumentis, quæ fuerant ob aliud institutũ in mediũ allata, posset abuti comodius. Nam ubi Lutherus duobus potissimũ, hoc est uerbo Christi pariter & exẽplo probare cõtendit missam esse promissionẽ. Rex utrunq; pluribus rationibus atq; scripturis confutans docet, neq; uerbũ ullũ Christi, neq; exemplũ quoduis, solidã eius rei p̄stare probationẽ. E quibus argumentis Lutherus quãdam decerpit, alio cõtortues quæ Rex instituerat, ut facile quis lector iudicabit. Cæterũ quia Lutherus hanc cõtrouersiam introduxerat, ex eo iustissima nobis datur occasio iã præstãdi, quod ante pollicebamur, nimirũ ostendendi, quod intellectus Euangelij certius haberi potest ex interpretatione patrum, & usu nobis ab eisdẽ tradito, quã ex nudis ipsius Euangelij uerbis. Simulq; patebit nõ posse ex ipso euangelio probari, missam esse promissionem.

Euangelij sensus ex patrum interpretatione petendus est.

II

¶ Sed prius illud aggrediamur & doceamus, quod citra patrũ interpretationẽ, & usum nobis ab eisdẽ traditũ, nemo probabit ex ipsis nudis Euangelij uerbis, sacerdotẽ quẽpiã his tẽporibus uerã Christi carnẽ & sanguinẽ cõsecrare. Nõ quod res hæc iã ambigua sit, sed quod eius certitudo nõ tã habeat ex uerbis euangelij, quã ex patrũ (ut diximus) interpretatione, simul & usu tanti temporis quem illi posteris reliquerunt.

Iohan. wiclef negat Ch̄m cõsecrasse in cœna.

Principio si quis donauerit (quod tamen wiclefus prorsus negat) Christum in cœna uere corpus & sanguinẽ suum ex pane uinõq; cõsecisse, nequaquã ex hoc infertur, quod unusquisq;

sacerdos ita similiter panẽ in corpus, & uinum in sanguinem permutabit. Nam Chrũs pleraq; fecisse non dubitat quæ iam nemo quantumuis aut sanctus, aut sapiens fuerit, queat efficere. Quamobrẽ, nisi fuerit in dictis uerbis aperte promissum, quod quisquis siue laicus, siue sacerdos eandem rem tentauerit, idẽ effectus sequetur, nulla nobis aderit huius negocij certitudo. Sed eiusmodi nihil in Euangelijs ut patebit est promissum. *Matth. 26.* Sic em̃ refert Matthæus. Accepit Iesus panem, & quũ egisset gratias, fregit ac dixit. Accipite comedite hoc est corpus meum, & accepto poculo gratias actis dedit illis dicens. Bibite ex hoc om̃es, hic est em̃ sanguis meus qui est noui testam̃ti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorũ. Hactenus Matthæus, qui & solus testamenti noui meminit. Nequid ullum hic uerbum positum est quo probetur, in nostra missa ueram fieri carnis & sanguinis Christi præsentiam. Nã & si Christus ex pane carnem suam & ex uino sanguinem effecerit, non ob id cõsequitur, uirtute alicuius uerbi hic positi, nos (quoties id ipsum tentauerimus) idem effecturos.

Matthæus itaq; nihil facit ad huius rei probationem, ac multo minus ad Lutheri cõmentũ, quod cõtedit ipse missam eẽ testam̃tũ nouũ, uti sepe dixim⁹. Neq; em̃ scripsit Matth. hic sanguis est testam̃tũ nouũ, sed hic e sanguis testamenti noui.

Marcus itẽ nihil cõfert, qui de remissione peccatorũ nec uerbum quidem faciens, in cæteris ferme consentit Matthæo. Quamobrẽ nec ille aut huic instituto aut Lutheri figmẽto conducit quicquid. Sed Lucas (inquit) & Paulus rem satis aperiunt. Istud iã excutiamus. Primũ, hi nil omnino de remissione peccatorũ loquuntur. Quare & dilucidũ est, quantum ad promissam remissionem peccatorũ attinet, nihil eos iuuare Lutherũ. Quamobrẽ & clarissimũ est, non posse Lutherum ex toto Euangelio probare, missam esse promissionem remissionis peccatorum. Sed dicet. Ex Luca pariter & ex Paulo manifeste colligitur, sacerdotes ex pane simul & uino carnem ac sanguinem Christi conficere. Nam uterq; narrat dixisse Christum, hoc facite in mei memoriã. At istud apud eũ, qui nihil

Antipophora.

Lucæ. 22.

I. Cor. 10.

Contra captiuitatem Baby. Cap. X.

Matth. x
Marci. 3, 6.

preter scripturas admittit, neutiq̄ probabit institutū. Nam ut largiamur Christū apostolis dixisse, nō propterea cōsequitur, q̄ omnibus eorum posteris eandem tradiderit potestātē. Nā & illis data fuit potestas eijciendi dæmones, morbosq̄ curandi, quæ iam in illorū uicarios haudquāq̄ competit.

III

Matth. x

¶ Adde, q̄ in Euangelio nōnulla leguntur apostolis dicta quæ nō conueniant omnibus. Cuiusmodi & istud est. In uia gentiū ne abieritis. Quoniam igitur illud nusquā in toto legitur Euāgelio promissum, iā plane deest, quo probemus, quicquid in cœna dictum erat apostolis, id etiā cunctis eorum posteris fuisse dictum. Quod si nequeat hoc de uicarijs apostolorum cōprobari, multo minus id, de quouis alio Christiano cōuinci possit, quū & apostolis & eorū uicarijs multa fuerant tradita quæ non ad omnes pertineant Christianos. Non potest igit̄ per ullā scripturā probari, q̄ aut laicus aut sacerdos, quoties id negotij tentauerit, pari modo conficiet ex pane uinoq̄ Christi corpus & sanguinē atq̄ Chrūs ipse confecit, quū nec istud in scripturis contineatur.

Cōsecratiōis
fides ex pris-
conspendet
eruditione

Ex ijs (opinor) nemo nō intelligit, huius rei certitudinē, nōtā ex Euangelio pendere, q̄ ex usu & consuetudine, quæ per tot secula nobis ab ipsis primis patribus cōmendata est. Sic em̄ ipsis, docente spiritu sancto, uisum fuit, hanc Euāgelij partem nobis interpretari. Sicq̄ suis tēporibus utendā arbitrati sunt, ut iā quisquis aut aliū sensum, aut usum uelit introducere, is omnino repugnabit spiritui sancto, cuius instinctu priores patres hunc ritū & cæremoniā in Eucharistiæ cōsecratione tradiderunt. Nā persuasissimū esse potest ei, qui nō ignorat euāgelij, spm̄ sanctū (qui datus est ecclesiæ perpetu⁹ instructor) nunq̄ i re tanti pōderis fuisse passum, ipsam errare tanto & tā prolixo temporum successu.

III

Magis fidētū
est cōsuetudis
ni probatæ q̄
nudis euange-
lij uerbis

¶ Cæterū ut confirmetur illud quod diximus, nempe maiorem habendā esse fidē usui diuturno, quē a primis ipsis patribus ecclesia certo traditū cōfidit, q̄ nudis ipsis Euāgelij uerbis, adiiciam exemplum aliud. In uerbis Euāgelij quæ supra recensuimus, duo sunt dumtaxat, nempe factum CHRISTI & mādatum de sic faciēdo. Ego uero iam alia uerba Christi

producã in qbus præter factũ & mādātũ, adijcit & tertium nẽ
 pe promissio, nec tñ his diebus ullus ex eis effectus sequitur Pro
 ferã inquã ex Euãgelio quiddã, qd̄ olim christus ip̄e fecit, quẽ
 admodũ & illud cõsecratõis opus Euangelistæ referũt fecisse
 christũ. Deinde q̄ & idẽ opus apostolis iubebat facere, quem
 admodũ & Lucas & Paulus illic docẽt, mādasse christum ut
 ita facerẽt. Deniq; p̄ter hæc in eijsdẽ uerbis ostẽdã promississe
 christũ, ut effectus ex conamine futuroꝝ christianoz palã seq̄
 ret. Id quod in cænæ dñicæ uerbis nusq̄ scribit christũ fuisse
 pollicitũ. Et quãq; hæc oia tradita sint in Euãgelio, & unius ef
 fectus gratia, nõquã tñ his diebus aut q̄rarissime talis euenit ef
 fectus. At uideo præstolaris lector, qdnã exẽpli sim productu
 rus. Accipe qd̄ id sit, docẽt Euãgelia christũ eiecisse demones
 illuminasse cecos, egrotos sanasse. Ecce factũ. Apostolis insu
 per mādasse, quatenus ipsi facerent eadẽ opera. Sic em̄ Lucas
 scribit. Cõuocatis aut̄ Iesus duodecim, dedit illis potestãtẽ &
 autoritatẽ sup̄ omnia demonia et ut morbos sanarẽt. Ecce ius
 sum. Iubeĩ em̄ apl̄is, ut similia faciãt. Datur em̄ eis potestas ea
 dem faciẽdi q̄ fecit christus. Sed aduerte simul & tertium pmis
 sionẽ uidelicet factã effectus secuturi, atq; cũctis q̄ credituri es
 sent in christũ. Signa, inq̄t christus apud Marcũ, eos q̄ credi
 derint hæc sequẽtur. In noĩe meo demonia eiñciẽt, linguis lo
 quẽtur nouis, serpẽtes tollẽt, & si mortifex qd̄ biberint nõ eis
 nocebit, super egros manus imponẽt & bene habebunt. Ecce
 tertium, promissionẽ uidelicet, quã certe nullũ his dieb⁹ effectũ
 fortiri dilucide cernimus. Nemo em̄ est qui iam aut demones
 corporaliter eiñcit, aut sanat morbos, et tñ ambigimus minime
 quin hodie plurimi sint q̄ fidẽ habeãt. Q; si nullus iam effect⁹
 ex hac promissione sequat̄, ubi tã factũ q̄ iussum christi p̄ces
 sit, quã certitudinẽ habebim⁹, ex illis uerbis, in qbus nõ certo
 promiserit successuris sacerdotib⁹ consecrãdi potestatem.
 Sed aiet forte quispiã. Inanis igit̄ erit promissio christi, nequa
 q̄. Nõ em̄ uoluit christus promissionẽ hæc efficacitã habere p̄
 petuã, sed pro tẽpore nascẽtis & adolescẽtis ecclesie. Quod tñ
 ex ipsis euãgelij haudquaq; didicimus, sed ex usu & interpreta
 tione patrũ duntaxat. Comuniter em̄ in ipsis ecclesie primor⁹

Mirac̄la Christi
 fecit quæ
 & apl̄is faciẽs
 da cõmisit, cũ
 certitudine ef
 fectus.

Lucæ. 22.
 I. Cor. 11.

Lucæ. 9.

Marci. 16.

Promissio mi
 raculoꝝ oport
 tune ipl̄eta ẽ.

Nō sp̄ miracu-
lis opus est.

Conclusio.

V
Tēpora nostra
nō carēt mira-
culis, ob fidei
defectū.

Ad miraculoꝝ
opatiōem nō
requiritur fides
formata.

dijs a uere credētibus. hęc facta sunt ad corroborādā Euāgelij fidē. At postquā fuerat euangelica doctrina p̄ totū orbē uis que quaq; diffusa, nihil deinceps opus fuit eiusmodi miraculis. Verū si nudā euāgelij lectionē seq̄remur, certū haberemus, hodie neminem uere credere, nisi q̄ possit ea ip̄a signa facere, hoc ē & eijcere demones, & sanare morbos, quū christ⁹ tā apte sit pollicit⁹, q̄ eos q̄ credituri forent, hęc signa subseq̄rētur, hoc est ut p̄ eius nomē demones eijcerēt, morbosq; sanarēt.

Quis itaq; nō ex ijs iam plane p̄spicit, maiore usui & interpretatiōi scripturarū, nobis cōcorditer ab ipsis patribus relicte, quā nudis ipsius Euāgelij uerbis adhibendā fidem.

¶ Ceterū qd̄ hic Lutherus forte cauillet nunc p̄uideamus. Fortasse dicet, & hodie promissionē istā effectū sortituram, si nō defuerit fides. At uelim istud dicat explicati⁹. Nā deesse fidē, triphariā intelligi p̄t. aut pro ip̄a fidei substātia, hoc est quū nulla penitus fides in mūdo fuerit, aut pro fidei magnitudine, hoc ē, q̄ nō sit tāta fides in quouis hodie, quāta sufficiat ad agēda miracula, & quātā habuerāt illi p̄isci, aut deniq; pro q̄litate fidei, q̄ scilicet ob inopiā & defectū fidei uiuæ & formate res nō succedat. Nō ē opinor, dicturus primū, nisi prorsus insaniat, q̄n palā ē multos credere cōfiteriq; christū. Neq; scdm̄ affirmari p̄t, quū nō sit credibile, q̄n hodie tāta sit fides in uno aliquo totius ecclīe mēbro quāta fuerat tūc in singul⁹. Nā singulo cui q̄ credituro promissum erat, q̄ eū illa signa sequerētur. Neq; tertiuū dici poterit, nisi q̄squā asserere uelit christū frustra fuisse mortuū, quū ob id ille mortē obijerit, ut nos fide uiueremus.

Ceterū, quouiscūq; mō fidē acceperit Lutherus, si nequeat ip̄e miracula nobis edere, suo p̄te iudicio cōfiteat sibi deesse fidē, de q̄ tñ alioq; toties iactitat se certissimū eē q̄ eā habeat. Quā si Luther⁹ ip̄e tāta fide careat, nihil tñ ambigo q̄n in tota prorsus ecclīa q̄sq; fuerit, cui⁹ fides eque uera, uiua grataq; sit deo, atq; fuerat aliquorū fides q̄ pridē eiusmodi miracula patrauerāt. Nā ad eiectionē demonū sufficiebat olim fides, nō formata, quē admodū ex euāgelij apte cōstat. Multi inq; christ⁹ dicēt mihi in illa die, dñe dñe nōne in noie tuo p̄phetauim⁹. & in noie tuo demonia eiecim⁹, & in noie tuo virtutes multas fecim⁹, & tūc cōfi

tebor il l. ga nūq̄ noui uos. Ecce fides horz haudq̄q̄ uiua grata
 q̄ fuit, et tñ eiecerūt demonia, cōpluresq; alias vtutes patrarūt
 Quicqd̄ igit̄ Luthē. dixerit idē piculū eueniet, ne qs iā ex pane
 uinoq; carnē et sanguinē christi cōficiat, sicut ne demōes eiicia
 mus, qñqdē & illd̄ op⁹ magis arduū sit, nimirz ex pane christū
 facere quā eiicere demonē. Quāobrē quū illa v̄ba qb⁹, i re mi
 noris momēti, chrūs adeo dilucide p̄miserit effectū subsequutu
 rū, iā frustrari uideamus nec effectū fortiri mlto magis in re ma
 ioris pōderis, et ubi nulla p̄missio facta sit, met⁹ eē p̄t, ut ob de
 fectum fidei nō eueniat, quod iubebatur dumtaxat, nō item
 promittebatur.

Colligit nihil
 certū ex uerbis
 euāgelij de cō
 secratione.

¶ Hæc iccirco dixerim, ne qs nudis ip̄ius Euāgelij v̄bis ptina
 tius adhereat, spreta patrū interptatōe, quē admodū Lutherus
 facit, usum & iterptatōem a patrib⁹ ecclie traditā, nihili p̄dēs
 & nuditati v̄borz insistēs, q̄ nō sufficiūt, ad id (qd̄ uelit) cōuin
 cēdū. Nā usus quē patres unanimiter approbarūt, plerūq; mul
 to certi⁹ docet, qd̄ sit āplectēdū, q̄ ip̄a euāgelij v̄ba, quē admo
 dū in ip̄is opinor, exēplis p̄ nos añ productis abunde patuit

VI

Hic nōnulli re
 futātes patrū
 interptatiōes,
 blasphemant,
 Euangeliā esse
 nudas fabulas

Nā ex priori exēplo dilucidū fuit cōuinci minime posse, q̄
 ul' ap̄oz successores, ul' singuli christiani, ul' soli demū sacerdo
 tes, cōficere queāt Eucharistiā, & ex pane uinoq; corp⁹ & san
 guinē christi cōsecrare. Nūq̄ em̄ hoc wiclefus ex illis v̄bis ad
 misisset, neq; alius qsquā q̄ uelit nude litere cōtētiosi⁹ iherere.
 Sed neq; ex posteriori exēplo quis effugiet, q̄ nudū uerborz
 sensum amplectit̄, qñ aut cōcedat neminē his tp̄ibus parē cui⁹
 uis illoz (q̄ fuerāt in primitiua ecclia) fidē habere, aut plane iā
 eē frustratā christi p̄missionē. At p̄cipue Luther⁹ id sub
 terfugere neqt, quū is tā apte neget qcquā ul' a Paulo, ul' ab euā
 gelistis traditū, qd̄ nō ex equo ptineat ad oēs christianos. Qd̄ si
 uez sit, tū ad nos q̄ iam hac tēpestate sumus, eque spectabit ip
 sa christi p̄missio de miraculis faciendis, atq; ad illos qui pri
 mi fuerant in ecclesia. Quāobrē quum nemo sue fidei iam eius
 modi fructum experiatur, uel in se, uel in quouis alio, palam
 est, aut iam non uigore p̄missionem illam christi, aut si ui
 geat, non extare nunc in ullo homine tantam fidē, quanta pas
 sum in singulis olim fuerat christianis, qd̄ neutiq̄ est credibile.

Spūs scti in
euāgelia rece-
pta sunt & in
terpretata

Ecclesia nō er-
rat circa fidē.

¶ Manifestum est igit id quod añ polliciti sumus ostēdere, nēpe q̄ diuturnus usus, & cōcors patrū interpretatio, nemine dissidēte, solidiorē p̄bēt certitudinē, quē in modū intelligi de- beat obscurus quis Euāgelij locus, q̄ ipsa nuda uerba, quæ uar- rie p̄nt a contētiosis pro suo cuiusq̄ placito detorqueri. Neq̄ em̄ dubito quicq̄, quin is q̄ studia cōsiliaq̄ patrū adeo fulciuit ne lapsi fallerētur in discernēdis ueris Euāgelij, ab ijs q̄ fuerāt cōmēticia, eosdē etiā illustrauerit, ne totā ecclesiā, p̄ eorūdem Euāgelioꝝ usum & interptationē in tā impios errores abdu- cerēt. Nam qd̄ profuisset ecclesie, ueꝝ euāgelium a cōmenticio dis- screuisse, nisi pariter & ipsius ueri euangeliij uerus intellectus nobis innotuisset. Quāobrē ut euāgelij patrū unanimi cōsen- su receptis, indubitata fidē adhibuimus, ita par est, ut usui & interptatōi, p̄ eosdē ecclesie cōcorditer exhibitis, credamus in- hesitāter. Neq̄ minor certitudo nobis eē debet, q̄ recta sit ip̄a euāgelij interptatio, quæ p̄ patres (nemine dissentiente nobis tradita est, quā q̄ ip̄m euāgelium p̄ eosdē nobis exhibitū, pro ue- ro sit habēdū euāgelio. Nam et idē utrobicq̄ spūs, illoꝝ animis utriusq̄ suggessit ueritatē, hoc est tā euāgelij q̄ usus et interpta- tōis eiusdē. Errare qdē p̄t unus aut alter patrū, nō diffiteor, ho- mines em̄ sunt, sed ut oēs infimul aberrēt, atq̄ adeo turpiter al- lucinentur, in his q̄ sunt fidei, neq̄ benignitas spūs, q̄ p̄petuus ecclesie custos datus est, neq̄ uerax christi promissio de fide nunq̄ defectura, p̄ tot annorū cētenarios passa fuisset. Quāobrē ut p̄ ecclesiā & ecclesie patres certo nobis innotuit qd̄nā sit ueꝝ, qd̄ ue sit fictū Euāgelium, ita per eosdē haud minus inno- tescet, q̄ sit uerus usus, ueracq̄ euāgelij interptatio, quū eiusdem instrumētis, hoc est patrū linguis spūs ille facer tā in euāgelioꝝ rū discrimine q̄ in sensuū interptatōe fuisset usus. Ego sane cū Augustino libere clamo, me nec euāgelio crediturū, nisi q̄ ec- clesie, patribusq̄ credā. Sed neq̄ aut his aut illi fidē habere, si nō certo fiderē & hos & illā a spiritu gubernari. Spūs utiq̄ sic ecclesiā gubernat, ut eam prorsus uniuersam, in rebus fidei ne- cessarijs, non sinat errori diuturno subiacere. At ecclesiā spūs ip̄e nō instruit nisi p̄ linguas patrū. Quāobrē quum ab his edo- cta sit, qd̄nā præ cæteris euāgelium amplecti debeat, ab eiusdem

idētidē & eiusdē interptatōez oīno cōuenit obtēperāt accipe.

¶ Dījudicatōem dogmatū ad patres potius q̄ ad
plēbem spectare.

Cap. XI



Vp̄erest adhuc in loco qdā error conuellendus
de quo Lutherus haud mediocriter gloriatur,
nēpe q̄ ad plæbē spectat de dogmatibus iudica
re. Sic em̄ ait. De doctrina (inqt) cognoscere &
iudicare ptinet ad oēs & singulos christianos &
ita ptinet, ut anathema sit, qui hoc ius uno pilo leserit. Ecce q̄
captet & assentes plæbi. Plæbeio certe fauori, quē stultū iudic
cē nemo unquā sapiēs nō plane cēsuit, Lutherus totus innitit.
Animaduertit em̄ callidus ueterator plæbē suis pestiferis opi
nionibus applaudere, atq; ideo iudiciū plæbis tanq̄ oraculum
qdā solidissimū extollit, & sacris ipsis literis fulcire conatur.
Sed de populari fauore satis apposite dixit Seneca. Malis arti
bus fauor popularis querit. Et certe pessimis artibus Lutherus
populū sibi cōciliauit, quū solā fidē sufficere doceat, nec satis
factōem pro scelerib⁹ quātūuis enormibus exigat, sed absolu
tione simplici (modo firmiter ei credat) nō solū culpā uerū etiā
pœnā oēm deleri, tā impudēter q̄ etiā p̄niciose cōtēdit. Et cui⁹
animū, q̄q̄ alioq; recte sapiētē, hęc tāta flagitiorū impunitas, &
in oīne uiciū licētia p̄missa nō facile puertat alliciatq; ad seqlā.
At maxime plæbeiorū animos q̄ leues & incōstātes sp̄ esse cō
sueuerūt, atq; ad deteriora paratissimi. Quale fuerit iudiciū po
pulare satis cōstat ex Ethnicorū historijs. Neq; em̄ Camillus
aut Scipiōes a Romāis, necq; Lygurg⁹ a lacedemonijs, necq; ab
Atheniēsis Solon tātā iniuriā fuisset passus, si iudicio integro
& incorrupto fuissent eorū ciues. Nec de Ethnicis tm̄ loquor,
uerū etiā & de populo dei quē & deus ip̄e peculiarē sibi fece
rat. Annō legimus hebreorū populū, posteaq; eductus fuerat
a misera qua apud Pharaonem detinebātur seruitute, post tot
portēta pro eis ostēsa, post tot exhibita eis dē bñficia nihilomi
n⁹ ad idolatriā declinasse, atq; deo uero posthabito uitulū ado
rasse cōflatilē. Hoc scilicet egregiū & p̄clarū eorū iudiciū fuit,
q̄ spreto uero deo, q̄ tot prodigijs eos ab Aegiptiaca seruitute
liberauerat, ficticiū uitulū, deū suū arbitrati sint. Sed ueniam⁹

Exēpla Ethni
corum.

Exēpla legis
ueteris.

Exodi. 32.

Exēpla Euāge